

id enim est libri nomen, sed æternum vi-
ctura, grauissimisque vulneribus reper-
cutiens Antonium & famam eius intere-
mit, & mortem Ciceronis vlciscitur.
Cum hoc Cicerone Caluus Orator, pro
eloquentiæ principatu longæuum, sed vt
Seneca testatur, nequissimum habuit cer-
tamen. Locus admonet, vt ipsa Macrobij
verba subiungam, ne quid de hoc pere-
grinarum opinionum lectorem lateat.
Quatuor enim quidem sunt eloquentiæ
genera: Copiosum & torrens, in quo Ci-
cero dominatur: breue & circumsectum
in quo Salustius regnat: siccum & ari-
dum, quod Frontoni ascribimus: pingue
& floridum, in quo Plinius Secundus
quondam, & nunc iterum inferior noster
Symachus luxuriatur: hæc omnia apud
vnum Virgilium inuenies. Hæc illæ. Ad
quod firmandum probationes ex ipsis
Virgilij verbis eliciunt, quas quoniam lon-
gum est, in Saturnalibus quisquis inquisi-
tionis laborem non excusabit, inueniet:
Sanè quod de eloquentia Salustij dicitur,
ita temperandum est, vt ad historias refe-
ratur tantum, in quibus, suo quodam cor-
rupto acriq̃ue & planè masculino stilo vti-
tur, in cæteris enim, quod de Virgilio iam

f. j.